XXX. Quod vero pertinet ad fententiam Ovidii, primo dicimus, quod, si quis vovere eadem die Missam audire, orare Rosarium &c. (ut illius verbis ex La-Croix acceptis utimur) promitteret res que separatis accepte materiam gravem constituerent: quia enim materia gravis est respectu præcepti, gravis idem respectu voti. Porro audire Missam respectu præcepti est materia gravis: ergo parter respectu voti. Absoluto vero dicimus, quod hinc præstat distinctio in sua abstractione accepta suam præferat diversitatem, tamen in praxi iuxta communem pietatis, & prudenter, ac sinceritas, bonaque fidei leges, qui plures obligations eodem die redendas, eidem potissimum domino, promittit, gravem iniuriam illi inferit, si omnia promissa munera sibi retinat, qui fieri dividunt levia sunt, simili tamen accepta materiam gravem constat. Et revera si votum gravem ex intentione votentis penitendum est, nil minus vovens quam eiuniodi subiles speculations animo, dum votet, reputat. Accedit quod, ut supra dictum est, nemo in praxi legit, & deliberato animo voveret quidquam etiam videtur leve, nisi ob gravem aliquam causam: quod positione iure verum habet, dum plura emitunt vota, aut uno voto plura parva munera Deo spondent. Argumentum autem P. Claudiu La-Croix extra chorum omnino est. Nam modo non inquirimus, utrum si votos omittat parvam materiam parvam, unius integræ voti, & deinde aliæ parvam quantitatibz alterius voti, peccet mortaliter; quia certi penitentes est, eiuniodi obligations esse tantum peccata venialia, quae, quacunque multiplicatione facta, non constituerunt unicum peccatum mortale. Sed quodcum est, an transgressione plurim votorum, quorum quodque habeat integrum, & totam materiam levem, fit mortalis habenda. Porro transgressio totius integræ voti cuiuslibet diversam præferat speciem ad prodat observantia voti quoad pricipiū illius materiam, cum omissione dumtaxat comitidem levis pars. Vix enim in mentem venit querere, int ne

illa leves transgressiones peccatum mortale; cum conset peccata foliominodo esse venialia. Ceterum transgressio totalis plurim votorum huic natura quidquam grave prodit. Et ne in questione levis momenti plus temporis conteramus, vel ipse La-Croix concedit, fententiam Ovidii esse probabilem: quae tamen a nostra non differt, nisi penes arbitriarum distinctionem, quae nemini votum in mentem venit.

XXXI. Quæll. VIII. An qui votis recitare per plures annos quotidianu Pater, & Ave, peccet mortaliter, si plures annos quotidiane omitteat talen precem? Relp. Sententiam adheritatem absolute defendunt Zumel 2. 2. q. lxxxviii. art. 4. dub. penult. Sayrus in Clerci Reg. Lit. II. cap. ult. n. 21. Valentia Tom. III. disp. vi. g. vi. part. 4. Malderus in 1. 2. tract. x. cap. v. dub. 4. qu. 1. Tannerus in 2. 2. disp. v. dub. 3. n. 38. Contraria defendunt Sotus Lit. III. q. 11. art. 1. Aragon in 2. 2. q. lxxxviii. art. 3. Ioannes de la Cruz in direct. part. 1. p̄sec. 2. art. 2. dub. 4. conc. 2. Villalobos Tom. II. tract. xxxiv. difficult. 3. n. 3. Addunt tamen fententiam hanc non comprehendere votum ergoandi singulis diebus parvam elemosynam: nam, si plures omittentes elemosynas parvas, constituit in illa parva elemosynæ constituerent materiam gravem peccates mortaliter. Plures autem, nempe Azorius Lib. XI. c. v. q. 111. Valquez 1. 2. qu. lxxxviii. art. 2. & disp. cxvi. cap. 1. Sanchez Lib. I. cap. IV. n. 14. quibus subscrubunt La-Croix n. 450. Salmanticensis n. 115. Trullensem dub. 12. n. 17. Marin n. 116. Diana resol. 14. distinguunt dicentes. Si votum diem afficit, atque in cunctis diei honore edatur, tum singulis diebus votum transgrediendo peccatum veniale committitur: quæ peccata venialia singulis repetita diebus, five per unum, five per plures annos, unum mortale non constituit. Obligatio namque transit cum die cui votum affixum est. Contra si votum diebus affixum non sit, sed solummodo dies fit appositum tamquam terminus obligationis, tunc leves illa materias, nempe precum recitationes, simili unitur, & post plures transgressiones unam gravem materiam constat, & culpa committitur mortaliter.

XXXII. Difficultas est, inquit Diana, in cognoscendo quando re ipsa votum diem afficit, vel non. Et prime ex Caftralao respondet, quod si in singulis diebus aliquipd motu relueat, ut in recitando quotidie calculo B. Virginis; tunc votum diem afficit,

CAPUT II.

An voti obligatio impleri posset per alios, & transact ad heredes.

I. **C**ertum penes omnes est, vota personalia a solo vovente implenda esse, eaque ipsius solum obfringere. Quin non vota realia ab aliis impleri debent, iis exceptis qui in bona voventis sucederent. Ratio evidens est, quia vota personalia afficiunt ipsam personam; & ideo personalia vocantur, quia sunt ab ipsa persona implenda; cuiusmodi sunt ieiunia, corporis macerationes, peregrinationes, & flumina.

II. **Q**uest. I. *An vota parentum filios obligant?* & *an vota facta per procuratorem tenent?* Resp. Vota parentum nullo modo filios obligant: quia vota libera esse debent; & ab ipsis voventis voluntate proficiunt. Vota parentum dicuntur quandoque obligare filios, quatenus scilicet filii in eadem vota contentantur, eaque rata habent: quo in sensu intelligendi, & interpretandi sunt textus, qui recentur 2. g. 1. & cap. Monachum, & cap. Quicunque, & cap. Quem progenitores, & cap. Addiditi. Celestinus namque III. declaravit in cap. Cum suis XIV. de Regul. filium alligatum esse Monasterio propria professione, aut patrem devotione a filio approbata, & confirmata. Qui filii contentantur, ut vere habeant, latissimè est eiusdem silentium, & taciturnitas. Quare præter negativum disfensem requirunt ut filius expresse votum ratum habeat, & confirmet. Inutilia tamen non sunt genitorum vota, quia eo spectant ut operam dent ad hoc quod filii vota amplectantur, & acceptent. Vota facta per procuratorem tenent, & obligant principalem, seu mandantem, ac si per ipsum facta fuissent: quia qui per alium facit, per se ipsum facit. Et de hoc nullum diffidum inter Auctores.

III. **Q**uest. II. *An vovens posset, vel tenetur per alium implere votum suum personale, quod per seipsum implere neguit?* Resp. Communissima sententia docet, voventem qui per seipsum solum votum personale implere neguit, non teneri, immo nec posse per alium exequi. Et quod non tenetur, patet: quia votum personale est de actione proprio ipsius voventis: ergo tale votum non obligat ad actum alterius. Quod pariter neque poscit, etiam confit: quia, si vovents valent per seipsum votum implere, nequit illud implere per alium; si autem non potest per seipsum, neque per alterum: quoniam tunc

non

DISS. II. DE VOTI OBLIGAT. 117

non faceret quod promisit: & dum factus est ad personalem executionem impotens, ceſſat omnis obligatio. Paludans in *V. difſ. XXXVIII. q. III. art. 3.* Sotus *Lib. VII. g. 11. art. 1.* Suarez *Lib. IV. cap. x. n. 2.* Sanchez *Lib. II. cap. xv. n. 3.* Navarrus *cap. XII. n. 53.* Bonacina *difſ. IV. q. II. punct. 5. §. 3.* Trullenchus *Lib. II. cap. II. dub. 14.* & communiter ali.

IV. **Q**uest. III. *An vovens qui sua culpa factus est impotens ad obſervandum votum personale, tenetur per alium implere?* Quamvis votum personale per alium impleri in rigore nequeat, ut dictum est; attamen D. Antoninus *II. Part. tit. II. cap. II. §. 5. art. 5.* aut: *Si autem fecerit votum causa devotionis cundiſsi, superveniente impedimento, non tenetur, vel, mittere, nisi forte fuerit in mora j. & sic est in culpa, quia, cum potuit, noluit.* Hanc eandem lentitatem tuerit Angelus *verb. Votum 3. n. 7.* Richardus in *V. difſ. XXXVIII. art. 5. q. 1. ad 1.* Carthulianus in *V. difſ. XXXVIII. g. 11. §. 4.* Queritur: & colligi videtur ex Scriptura, in qua Deuter. XXII. legitur: *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requirest illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabit tibi in peccatum.* Videtur quoque id inferri ex doctrina D. Thome 2. 2. *quaf. lxxxviii. art. 3. ad 3.* ubi statuit, quod voventis factus impotens ex propria culpa, debet ponitentiam agere de peccato præterito, & promptam voluntatem habere facient quod potest. Et revera tunc est, cum propria culpa præceſſit, aliquam admovere compunctionem.

V. **C**ontraria sententia communior est, quam defendit Sanchez *Lib. V. cap. II. n. 27.* ubi plures laudat Auctores, Navarrum, Valentianum, Sylvestrum; immerito tamet citat D. Th., qui, licet expresse priorem non doceat, attamen nec contrarium defendit; sed principia ponit quae illi adverantur. Ratio potius urgere videtur. Quoniam vota personalia ita afficiunt personam voventis, ut impotencia superveniente, cefſet votum. Ex eo autem quod impotencia contingat ex culpa voventis, solum consequitur quod vovens tunc tenetur penitentie de peccato præterito, ut ait Angelicus; minime vero lequitur quod vovents debeat per alium votum implere. Id sane ratio fudere videtur. Ceterum, ut finitior penitentia de commissi peccato apparcat, & ut infidelitatem suam erga Deum quoquo modo compenſet vovents, debet in re tanti momenti tuteorem partem eligere.

Couc. Theol. Tom. III.

VI. **Q**uid si vovents, antequam votum emittere personale, certum erat fore ut nunquam votum suum posset implere? Teneri ad implendum per alium in hoc casu docent Sylvester verb. votum 2. q. x. Angelus verb. votum 3. m. 7. Navarrus cap. XII. n. 53. Sayrus in clau. Reg. Lib. VI. cap. VII. dub. 5. Layman *Lib. IV. trah. IV. cap. VII. q. v.* Sanchez *Lib. IV. c. 11. n. 26.* ubi citat Abbatem cap. Licer, de voto n. 13. Quoniam votum de materia impossibili ipsi voventi nullum est, ut diximus. Quando ergo vovents comprehendunt habuit hanc impossibilitatem, ne futurum illum pronuntiavimus, preludemus prudenter et illum votum edidisse per alium implendum. Oppofitor docent Suarez, Trullenchus, Azorius, Bonacina, Prado, Raphael de la Torre, Leander, & alii. Sed prima sententia probabilior evadit.

VII. **Q**uest. IV. *An vota realia impleri possint per alium, etiam inſcio, & invito vovente?* Resp. Quæstioncula tres continent partes. Et primo, quod votum realē per alium impleri queat, communissima sententia docet, quia voti realis executio in obligatione, seu exhibitione rei promisae, puta calicis, velis, iupellebus, &c. cuncte alterius rei, sit alii. Hoc autem aque per alium ac per voventem prefari potest. Secunda etiam pars, nempe quod hoc votum realē impleri possit ab alio, nomine ipsius voventis, inſcio ipso vovente, communiter fulſinatur: quia tunc res promissa nomine voventis rei ipsa exhibetur; & nihil aliud debet preter votum constitutum, qui per ratificationem adeſit. Si vero vovents, non modo incutis, sed etiam inveniuntur, tunc communior opinio tenet, votum minime impleri posse per alium: & merito: quia ad fatigandū fīgō votō, fīe precepto requirit intentio fatigandī: ubi autem est coactio, non est liberum propofitum. Bonacina vero *difſ. IV. g. 11. punct. 5. §. 3. n. 5.* Trullenchus *Lib. II. c. 11. dub. 14. n. 3.* Leander *trah. I. difſ. XXXV. q. VII. I.* ad dictum votum impletum, invito vovente, valere; si postea vovente voti ratam habeat executionem. Mili vero hoc opinio minime probatur. Nam si, dum votum impletur, vovents refutat, certe tunc invalida est voti executio ob positivam refutacionem voventis, seu ob defectum voluntatis, quam necessaria contineat votum, ut per alium subfugientem, non fit validum. Confinies ergo vovents aut realis aut praefumptus, necessarius est, dum votum impletur. In facta positione

H 3 modo

modo non habetur consensus, sed diffensus: ergo votum non impletur. Contentus enim futurus, seu subsequens supponit nullam executionem voti: idcirco illam validam efficeret nequit. Hac causa vera fuit, si rationis ipsi spectetur. Ceterum, si res promissa oblati repletie fuerit, & vovens detinetur prae-ritam suam omisionem atque refutentiam & contentum exhibeat ita efficacem, ut, si res promissa oblati non fuerit, revera eam dem offert; tum illum non cogere ad novum oblationem, sed tantum ad peccantiam praterite omisionis.

VIII. Quæst. V. An vovens factus pauper, ut implete votum reali, teneatur ab amicis pecunias petere, aut artem scilicet quæ sum ducat statim, aut pecuniam sibi dono oblatam acceptare, ut voto faciat fatus? Rep. Communis sententia docet, non teneri voventem ad petendas pecunias ab amicis, neque elemosynas mendicare, neque artem facti proprio contrarium scilicet, ut votum implete: quia rationaliter præsumunt nullius cum tanto onere fe obligare. Secus dicendum, si lucro arte aliqua comparato vivere solitus erat: quia tunc ars illa statim eius non descederet. Tenerit vero acceptare pecuniam, five hereditatem fibi oblatam, qua valere propter implete votum.

IX. Quæst. VI. An fatus faciat: votum qui rem promissam alteri exhibet, si hic rem acceptam omittat offere? Rep. Adfirmat Suarez Lib. IV. cap. x. n. 6. Caltopalans tract. xv. disp. 1. punct. 15. n. 6. Leander tract. i. disp. xxv. q. xii. Vovili e. g. celebrazione decem Miliarum. Eleemosynam confers Sacerdoti, ut Milias celebret. His omittit Milias celebrare. Tu sufficienter, inquit, voto fatus faciet: quia votum non fuit de facris cuius effectu celebrandis; sed de procuranda illorum celebratione confusa via. Item vovili mittere aliquem ad invisa Apostololum limina. Convenit cum ipso de pretio. Hie, accepto flagido, omisit votum implore. Tu liber manus, inquit, ab obligatione: quia ex parte tua opus proutum præficitur. Sic docent Autores laudati. Opinionem hanc non audio absolute improbari; sed mihi difficultatem ingenit quod vovens debet facere totum id quod potest, ut votum suum implete, sicut docet Agelicus 2. 2. quæst. lxxxviii. art. 3. ad 2. Quando ergo vovens advertit, votum repletum non esse, licet ob alterius mali- tiam, videtur unque ad id implendum teneri, si illud implore sine gravi incommodo

possit. Certe qui debitum per alium solvit, teneatur ad novam solutionem, si ille cui pecunias dedit ad solvendum, easdem sibi renuit. Et quamvis hoc debitum ex initia solvendum sit, votum vero ex religiosis virtute; attamen non est tanta disparitas, ut argumentum ab uno ad alterum recte fieri non possit, quod parem utrobique, gravem nimurum, obligationem concludat. Addo, tum recentiam opinionem locum habere posse, quando vovens omnem moralem diligentiam adhibuerit, ut virum probum, fidem, optimeque moratum, quod ipse fieri potuit, eligeret, qui votum implete. Si autem negligens in hac electione fuerit, ipsum ad perlucidum votum urgescit: etenim, non cucumic, sed probatissimum homini tantum, id negotii erat committendum; quemadmodum & pecunia creditoribus perfolventia, non cuivis, sed solum homini probata fideli traditur.

X. Quæst. VII. An votum missum, conservans ex personali, & reali, per alium implere valcat? Rep. Conventi inter Autores, votum quod aquæ personale ac reale est, non posse, quatenus personale est, per alium implete, ob rationem supra affligatam; quatenus vero reale est, non solum posse, sed etiam debere per alium impleri; ut pariter dictum est supra de voto reali. Si autem id quod real est in voto, si quid vere acceſſorum, quod necessario sequitur principale, tamquam instrumentum quo illud executioni mandatur, tunc ad hoc real votum implendum nulla est obligatio. V. g. vovili peregrinationem Laurentianam: intrinsecus est factus, nequis illam scilicet: non teneris sumptus influminando in itinere pauperibus erogare, aut in honore B. Virginis, eiufiuque causa ad pecunias illas offere. Si id præficeris, per optimam factum erit. Ceterum ad id non teneris. Si autem voviles tum peregrinationem, tum elemosynam illi Ecclesiæ offerendam, factus ad peregrinationem impotens, teneris per alium elemosynam mittere. Suarez Lib. IV. cap. xx. n. 20. & seq. Sanchez Lib. IV. cap. xv. n. 13. Caltopalans punct. 15. n. 6. Leander tract. i. disp. xxiv. qu. xiv. & xv. Bonacina disp. iv. q. 11. punct. 5. §. 3. n. 6. & communiter omnes.

XI. Quæst. VIII. An factus impotens ad votum solvendum teneatur adhibere compensationem? Rep. Sylvester verb. Votum 2. q. vi. Suarez Lib. IV. cap. xv. n. 9. Reginaldus Lib. XXIII. num. 181. Bonacina disp. iv. punct. 5. §. 3. n. 9. & alli communiter re-

pon-

spondent non teneri: quia vovens ad id se obligasse non præsumuntur; & Ecclesia ipsa non obligat ad compensandum præceptum quod fideles nequeunt. Ego ita distinguem: Si impotencia supervenit absque culpa voventis, non tenetur uti compensatione; si autem vovens sua culpa imponentem se redidisset ad voti executionem, ultra pententiam de peccato præterito, obligarem illum ad congruam compensationem. Nemo enim ex sua iniuritate commodum reportare debet.

XII. Quæst. IX. An heres teneatur ad vota personalia testatorum? Rep. Heredes, si vive voluntarii, live necessarii, nullo modo teneant implore vota personalia testatorum, ut expiis diximus, hæc vota personalia afficiant, & non hereditatem. Ita omnes.

XIII. Quæst. X. An heres teneatur ad solvenda vota personalia defuncti, post quod testator ei præcepit? Rep. Quod heres abfolute non teneatur ad vota personalia defuncti, certum est ob rationem non femel indicatam, quod nimur personalia vota personalia afficiunt, & cum euilem interitus celant. Admilia vero positione quod testator præcepit heredi solutionem aliquius voti personalis, adhuc certum esse non teneri, reipendet Leander tract. i. disp. xxv. quæst. 11. & allegat Suarez, Raphaelis de la Torre, & Caffrapalum. Sed Caffrapalum tract. xv. dis. 1. punct. 16. num. 1. distinguunt, & merito, heredem necessarii ab herede voluntarii. Heres necessarii neque realia, neque personalia vota solvere teneat, quatenus necessarii teneantur. Heres autem voluntarius onerabit a testatore sub præcepto impotita implore teneat. Citati rursum Autores distinguunt utitur. Si testator, inquit, relinquat hereditatem sub hac expressa conditione solvidam sua vota personalia, tum heres teneat; si vero solum præcipit abfolute voti solutionem, tunc non teneat heres ex initia, sed ex gratitudine, cahu quo expelle non acceptet dictam obligationem. Mihis autem videtur quod heres voluntarii, eo ipso quod acceptat hereditatem, simili ipso facto acceptat onera a testatore sub præcepto sibi impotito. Si igitur testator sub præcepto expresso imponat peregrinationem heredi voluntario, acceptante hereditatem, non video cur voluntarius heres votum illud implore non teneat. Hic tamen advertas velim, quod, dum dicimus heredem adimplenda personalia testatoris vota teneri, non sit sensu proprii vota personalia revera implieri possint per alium; sed astringimus posse testatorem non trans-

ferre proprie sua vota personalia in aliud, sed sua vota personalia imponere per modum cuiusdam penitentis solvendi ab herede libere a fe inliture. Atque tunc heres illi proprie non implete votum personalia testatoris, ut testatoris votum est, fed tantum solvit onus sibi impositum, quod sibi haec consideratione speciem preferat realis voti, non personalis. Quæ ideo dixi, ne putes hic afferri oppositum ac supra statutum fuit, vota feliciter personalia per alios impleri non posse.

XIV. Quæst. XI. An heres, vive voluntarius, vive necessarii, cogi posse sub pena privations hereditatis, & excommunicationis ad solvenda vota realia testatoris? Rep. Heredem, vive voluntarii, vive necessarii, teneri ad vota realia testatoris solvenda, adfiant omnes quia, cum defunctus votum reali emisit, sua oppignoraverit bona pro illius solutione: ergo qui succedit in bona defuncti, succedat necessario debet etiam in opera hereditatis annexa: quod intelligendum est, dummodo onera non excedant valorem hereditatis. Nam bona in qua heres necessario succedit, cum non fuerint subiecta abfolute dominio testatoris, non possunt a testatore graveri. Quapropter heres succedit tantum votis realibus testatoris que non ludunt sicut legitimam, vel ea bona que sibi necessario iure debentur. Quod autem ius penalis & privationis hereditatis, & excommunicationis cogi potest heres ad solvenda vota realia defuncti, patitur certum est Autores; quanvis distinximus aliquod in quantum ad excommunicationem, quana infest dumtaxat voluntarii, Zabarella & Iohannes Andreas, quando heres promisit se testatoris vota expletetur, & promisit polimodum non testifacet. Alii communiter, nempe Sanchez, Sylvester, Bonacina, Palacius, Trullensis, Leander, abfolute sub utraque pena abfliquebitur, cahu posse heredem docent: quod si gravis sit causa, non video cur in controversiā id revocari debeat.

XV. Quæst. XII. An si testator non imponat heredi onus solvendi vota sua realia, aut si expresse dicat, se nolle heredem suum ad eadem realia vota obligare, teneatur nihilominus heres ad illa solvenda? Rep. In utroque calu heres teneat vota realia testatoris solvere. Et in primo calu patet: quia vota realia afficiunt ipsam hereditatem, fungere onus eamdem comitans. Quare quemadmodum cetera debita realia, in & ita solvenda sunt ab herede. Que ratio evincit, heredem astringi ad huiusmodi solutionem; etiam testa-

tefator exprefſe in tefamento dicat, fe nolle heredem ad implenda prafata vota obligare. Quia tefator, poth quam ferme sua bona gravavit, nequit amplius illa exigere a prafatis oneribus, niſi poft eorumdem folutionem. Quare ſicut nequit tefator eximere heredem ab onere ſolventi debita realia hominibus, ita nequit eum liberare ab onere ſolventi debita ipſi Deo per vota contrafacta. Potet uero tefator intitifere, aut non intitifere heredem; at nequit liberare hereditatem ab iis, oneribus quibus iure ſubiecta eſt. Unde quicunque talem hereditatem adire vult, omnia debita quibus obnoxia eſt, ſolvant probare. Hoc vero intelligitur, quando votum ab foliūm eſt, ad nullum tempus contrafactum. Si enim tefator voverit adificare Eccleſiam, quoad vixerit, cum exprefa conditione, ut iua morte omnis cefſet obligatio, tunc votum conditionatum eſt, & hares ad nihil revertetur. Hac omnia communia ſunt. Suarez Lib. IV. cap. xi. n. 23. Sanchez Lib. IV. cap. xv. n. 28. Bonacina diſp. iv. q. 11. quæſitione. 2. punct. 5. §. 2. n. 12. Navarre cap. xii. n. 56. Layman Lib. IV. tract. IV. cap. iii. n. 11. q. vi. n. 14. Trullensis Lib. II. cap. II. dub. 15. n. 8. Leander diſp. XXXI. q. 3. n. 14. & 25. Leander diſp. XXV. q. 9. Sayrus Lib. VI. cap. IX. dub. 6. Salmanticensis tract. XVII. cap. I. punct. 4. §. 3. n. 113. Cafropalpus diſp. I. punct. 16. num. 3. Marin tract. IX. diſp. 132. ſec. 5. n. 147. Et nota, quod heres, & ex virtute religione, quippe vota ille non emittit, fed ex debito iuſtitie, ratione hereditatis acceptate, tenetur vota realia tefatoris implere.

XVI. Quæſit. XIII. An heres teneatur folvere vota realia ante aditam hereditatem, vel ultra vires hereditatis in caſu quo inventarium non fecerit, & per iudicis tententiam declaratis fit obnoxia ſolutioni, & ad eamdem condemnatus? Reip. Neque ante aditam hereditatem, quam temper reiſere, quoque non acceptaverit, potest; neque ultra vires hereditatis aliiſius eſt heres ad folvendam vota realia tefatoris: idque omnes docent. Diffidum eſt, an accepta hereditate, & omniſa confectione inventari, teneatur ultra vires hereditatis folverit vota realia defuncti. Pro tententia adfirmante referit Leander loc. cir. q. 9. S. Antonium II. Part. iii. XI. cap. II. §. 5. in fine. At nec verbum ibi facit S. Prelitus de inventario, aut de ſolutione ultra hereditatis vires; fed folium ait, heredem teneri ad folvenda vota dicta, quando ipſe promiſiſet, & ſe obligauerit, non ratione he-

reditatis, ſed absolute: tunc enim teneri, etiam non adit hereditatem. Sed Leander excufandus eſt, quia talem citationem excepit ex Sanchez, qui pariter prodicit tententia citat D. Antoninum. Leander allegat etiam Paludanum, Menchacam, Covarruviam, Valacum, Molinam, Gregorium Lopez. Et pro ratione adducunt L. final. c. de iure deliberaſt, ubi ſtatuit, heredem non conſcientem inventarium teneri ad folvendam debita ultra vires hereditatis. Sed cominior eſt contraria tententia, heredem ſcilicet non teneri ultra vires hereditatis, etiam omniſi inventario, in foro interno folvendive vota, five legata, five debita; quando nimis in fraudem non fit omniſum inventarium. Lex enim que inventarium precipit, fraudis preſumptioni innititur, aut in poem negligentia heredis late eſt. Ideo, etiam poſt tententiam iudicis, mihi verisimilis videatur, in foro interno non teneri heredem ad vota, legata, & debita realia ultra vires hereditatis folvenda, quoties inventarium ablique uila fraude, vel negligentia graviori culpabilis conficeret omniſi.

XVII. Quid ut clarius percipiatur, lubet cum Valquez I. 2. qu. XCVI. art. 4. diſp. CXII. cap. ult. a. n. 6. admotare, duplum eſe legem preſumptioni innixam. Altera eſt quia legislator ideo rogar, quia proutum in ſingulis caſibus evenire id quod prohibet; & euilmodi eſt preſumptioni, cui innixus Pontifex cap. xv. Qui fide de ipsius ſtatuit matrimonium ceneri inuitum, copula potiſponſalia ſubiecta: quia proutum in ſingulis caſibus talium copulam affectu maritati exerceri: atque talis leſis in quovis caſu in quo preſumptione fallit eſt, non obligat in conſientia. Altera eſt in qua non preſumit legislator fraudem, vel quid ſimile in ſingulis caſibus; ſed quia prudenter exiſtimat, et re aliqua communiter fraudes, mala, & dannia in publici boni detrimentum oriſit, ideo legem generali constituit, quia cauillam, ſeu occationem fraudum, & malorum prohibet. Quia preſumptione fundamentum eſt cuique legis. Porro quando preſumptione eſt huicmodi, lex non delimit obligare, eo quid in uno aut altero caſu ſingulari preſumptione fallit eſt; ſed folium, quando ut plurimum fallit eſt. Deficiente enim in uno aut altero caſu ſingulari legi ratione, non deficit lex, ſed obligat; ſed ſunt, quando deficit in communī. Hac doctrina, quam ex Valquez tradit Sanchez, mihi valde probatur. Sed difficultati gravilime obnoxia eſt; unde videlicet colligendum ſit,

fit, legiferum aliquando preſumere in singulari caſibus malum accidere, & huic preſumptioni innixum legem ferre, que deficit, deficiente fraude in caſu ſingulari, & aliquando absolute rem prohibere, tamquam communem, frequentemque abſurdorum caſam. Hoc diſcremen cogniti non adeo facile eſt; neque cuique eſt diſcremen iſiudicis affigantur: aliquoquin quicquid facile interpretari poſtet, legem aliam eſt pro caſibus ſingularibus, legem debetur, ut leges flatuntur. Ergo tefator nequit legitimam aggravare. Nec verum eſt debita defuncti ex voto, extraſienda elle ex toto hereditatis cumulo; ſed folium ex ea parte de qua tefator diſponere iure poterat. Et quamvis admittamus, potuisse tefatorē inter vivos degenitem votis, aſſilique prieſtis legimus legitimam minuere; non inde tamen infert poſte in morte eamdem legitimam gravare; quia in vita dominum legitime habet, ſecus poſt mortem: cum morte namque dominum omne ceflat. Covarruvias cap. Si heredes de teſt. n. 9. Gregorius Lopez I. final. in fin. tit. VIII. part. I. Angles de floribus II. P. queſit. de votu art. 2. poſt 13. diſcūlt. dub. 2. concl. 4. Rodriguez Tom. I. cap. xix. num. 13. Sanchez Lib. IV. cap. xv. num. 38. Layman Lib. IV. tract. IV. cap. III. q. v. num. 13. Bonacina diſp. IV. q. 11. part. 4. de Conſ. Paludanum IV. diſp. XV. q. 111. art. 5. n. 31. Sylveſtrum verb. Uſtr. 6. q. x. diſp. 4. & verb. Hereditas 3. q. v. Sot. Lib. VI. q. 1. art. 4. Ioan. Andri. Holt. Antoniuſ Gomez l. III. Tauri n. 121. Matienzo Lib. V. recop. titul. IV. 1. gloria no. num. 39. Navar. l. III. de ref. cap. IV. II. part. aub. 9. n. 137. nov. edit. Molin. Tom. I. de iſuſ. diſp. CCXVII. concl. I. & 2. Bonacina diſp. IV. q. XI. n. 4. de conſrat. diſp. III. queſit. ult. punct. ultim. Leandrum diſp. XXV. queſit. XII. Ratio eſt, quia tententia iudicis innititur falſa preſumptione, ſicut lex. Quare ſicut lex non obligat, ita quoque tententia.

XIX. Quæſit. XVI. An heres cum detractione ſuia legitime folvendote tententia vota realia tefatoris? Reip. Adſirant non pauci. Navarre Lib. III. Conſ. titul. de vot. conf. XII. num. 4. in 1. edit. in II. conf. XVI. num. 4. Lopez, Rodriguez, Vega, Córduba, & alii, quoſ citat Sanchez Lib. VI. de matrim. diſp. XXXVI. n. 3. & in Sum. Lib. IV. cap. XV. num. 37. quia contendunt, debita tefatoris extraſienda elle ex toto hereditatis acervo, non ex parte tantum, de qua libere tefator diſponere poterat: ergo eodem modo extraſienda deſunt vota realia. In hanc tententiam incli-

nare videtur Sylvester ver. Votum 2. q. XI. diſc. 4. quatenus dicit, filium gravatum in legitima poſte impetrare dilpenſationem, quæ obligationem ſupponit.

XX. Communisima, & vera tententia eſt, heredem non teneri cum damno ſuia legitime folvere vota realia, immo nec uila debita tefatoris, quia non ſunt eniſiſta contracta. Et ratio eſt manifesta. Quoniam legitima filiorum pater dominum non habet; ſed iure filii debetur, ut leges flatuntur. Ergo tefator nequit legitimam aggravare. Nec verum eſt debita defuncti ex voto, extraſienda elle ex toto hereditatis cumulo; ſed folium ex ea parte de qua tefator diſponere iure poterat. Et quamvis admittamus, potuisse tefatorē inter vivos degenitem votis, aſſilique prieſtis legimus legitimam minuere; non inde tamen infert poſte in morte eamdem legitimam gravare; quia in vita dominum legitime habet, ſecus poſt mortem: cum morte namque dominum omne ceflat. Covarruvias cap. Si

heredes de teſt. n. 9. Gregorius Lopez I. final. in fin. tit. VIII. part. I. Angles de floribus II. P. queſit. de votu art. 2. poſt 13. diſcūlt. dub. 2. concl. 4. Rodriguez Tom. I. cap. xix. num. 13. Sanchez Lib. IV. cap. xv. num. 38. Layman Lib. IV. tract. IV. cap. III. q. v. num. 13. Bonacina diſp. IV. q. 11. part. 4. de Conſ. Paludanum IV. diſp. XV. q. 111. art. 5. n. 31. Sylveſtrum verb. Uſtr. 6. q. x. diſp. 4. & verb. Hereditas 3. q. v. Sot. Lib. VI. q. 1. art. 4. Ioan. Andri. Holt. Antoniuſ Gomez l. III. Tauri n. 121. Matienzo Lib. V. recop. titul. IV. 1. gloria no. num. 39. Navar. l. III. de ref. cap. IV. II. part. aub. 9. n. 137. nov. edit. Molin. Tom. I. de iſuſ. diſp. CCXVII. concl. I. & 2. Bonacina diſp. IV. q. XI. n. 4. de conſrat. diſp. III. queſit. ult. punct. ultim. Leandrum diſp. XXV. queſit. XII. Ratio eſt, quia tententia iudicis innititur falſa preſumptione, ſicut lex. Quare ſicut lex non obligat, ita quoque tententia.

XXI. Quæſit. XV. An heres poſſit, & debet, ſi non poſſit per ſe, impetrare per alium vota realia tefatoris; & an poſſit impetrare commutationem a Conſiliario? Reip. Quiemadmodum vovens per alium impetrare potest vota realia, ita quoque heres; immo cum heres non poſſet per ſeipſum votum reali eſt impetrare tefatoris, tenetur per alium. Hinc, si tefator voverat fei turum, aut miserrimum hominem in ſubdium bellum contra fidei hostes, poſt heres mittere alium nomine defuncti; immo tenetur mittere, ſi ipse heres non poſſet eſt. Nec tamen ad expenſas quas facturus fuifit vovens, tenetur heres: puto ſi tefator pro ſuo ſolo familiari, & comitatu de liberaliter tres, aut quatuor famulos duceat, ad hoc non tenetur heres; ſed eas tantum

expensas facere debet que necessarie prudenter reputantur ad exequendum votum, & finem principalem voventis. Nec Confessorius commutare vales eiudiomodi vota: quia heres ex iustitia tenetur solvere vota realia defuncti: quapropter, sicuti nequit Confessorius alios contractus, quibus ex iustitia obnoxius heres est, commutare; ita pariter nequit commutare vota realia que heres non sponte, sed ex contractu solvere tenetur.

XVII. Quæst. *XVI.* *Alio Monasterium iure hereditario succedens in bona Religio profecta, tenetur solvere vota realia que professus in scelto emiserat, & non solverat?* Relp. Plures sensus habere potest quæstio proposita; idcirco distinctione utamur oportet. Et primum, si Monasterium sit constitutum heredes ob votentis mortem, nullum est dubium quod teneatur ad solvendam vota. Si autem Monasterium factum sit heres titulo professionis ipsius voventis, tunc diligenter Sanchez, Bonacina, Caffropalatus, La-Croix, Marin, & illi, atque ita resolvunt. Si vota fuerint acceptata ab eo in cuius utilitate facta sunt vota (v. g. Paulus, antequam Religionem ingreditur, votum calicem donandum Ecclesiæ, illipsoque promittit Parochio, qui nomine Ecclesiæ acceptat) tunc Monasterium tenetur; lecus, si promissio facta non fuisset a vovente: tunc enim, licet Parochio ex se acceptasset, hec acceptatio facta sine promissione voventis, non induceret debitum iustitiae. Si vero vota non fuerint acceptata, ad ea solvens Monasterium non tenetur. Sic docet Sanchez *Lib. IV. cap. xv. num. 32.* Bonacina *disp. IV. quæst. II. pñct. 5. & 2. n. 7.* Caffropalatus *disp. I. pñct. 16. num. 7.* Trudelius *Lib. II. cap. XI. dub. 15.* Leander *tract. I. disp. XXV. quæst. XV. & XVI.* La-Croix *Lib. III. part. I. num. 478.* Lefitus *Lib. II. cap. XI. n. 66.* Marin tract. IX. *disp. III. fñct. 5. n. 155.* Quia, inquit, vota omnina & personalia, ut omnes fatentur, & realia extinguuntur per sollemnam professionem in Religione approbatam. Extinguitur vero, inquit, eiudiomodi vota, non commutatione, neque relaxatione; sed perfectissima solutione, qualis est perpetua conferatio totius votorum Dei facta per professionem. Laudari autem Doctores intulint, verum effe hanc ipsorum opinionem, etiam si vota aperte constituerit ius vota realia non extingui per professionem, sed solvenda esse a Monasterio herede: a quibus ramen dissentit Bonacina *disp. IV. qu. II. pñct. 5. & n. num. 9.*

XIII. Negari non potest, recentiam op-

nionem, que docet, vota realia voventis extingui professione ieiunii eiusdem, esse absolute probabilem, quando voventis non refragatur, ob rationem datam, nempe ob sublimi sacrificium professionis monasticæ, quæ tanti pretii est, ut valeat quodcumque debitum extingui. Contraria tamen sententiam defendit D. Antonius II. *Part. titul. II. cap. II. §. 8. & mili* hac opinio videatur prior ob hanc quam affligno rationem. Vixima propria, & unica sacrificii professionis religiose est persona voventis, & qua eadem afficiunt perfoman. Quapropter per tamē professionem extingui omnia vota personalia, peroprimo inferitur. Res autem temporales, quae fuerunt sub voventis dominio, sunt quid extraneum ipsi professioni; quandidem hinc bona nullo modo spectant ad professionem, sed afficiunt hereditatem votantis, quemadmodum vota personalia afficiunt perfoman.

XIV. Dico ergo primum, verosimilius esse, Monasterium quod constitutum est heredes per professionem voventis, teneri ad vota realia voventis professi: quia hec vota realia contumaciter hereditatem, que sic gravata iure fuit ab illius domino. Ergo, quoniam dominus ipsi hoc gravamen non auferit, affixum remaneat eius hereditati. Per suam professionem religiosam aufer votens, seu solvit omnem debitum officiis suam perfoman, quia totum Dei conferat; minime vero illius hereditatis vi talis professionis solvitur ab oneribus ipsi adiectis: quia eiudiomodi hereditatis quid disparatum est ab ipsa professione, ut dictum est supra.

XV. Dico secundo. Quando voventis, antequam professionem emitta, aperte tellatelle sua vota realia impleri a Monasterio herede constituto, tunc Monasterium tenetur eadem per solvere. Hoc secunda opinio non modo probabilior, sed unice vera mihi videatur. Eam, ut dixi propugnat Bonacina *loc. cit.* & quod potius est, D. Antonius loc. cit. & Paludanus in *W. dif. XXXVIII. q. IV. art. 3. n. 32. concl. 3.* Ratio ex dictis patet: quia hec vota realia afficiunt hereditatem, quia quid extraneum est professioni, & nullo modo in eadem comprehenit. Accedit, dum profites explesse declarat, se melius sua vota realia hereditatem suam consequenti exinguere; quia ratione dici potest, eadem res ipsa extinguit? Quia, inquit Sanchez *loc. cit.* ex Sylvester verb. *Votum 4. q. VII. dif. 3.* aut profetus Religionem declarat hanc suam intentionem ante professionis in-

stans,

stans, vel in ipso instanti professionis, vel post instantis eius eidem professionis. Si professionem emissam, tunc certum est votum esse nullum, quia post professionem vota omnia nulla sunt. Si autem in instanti professionis, habentur vota seu facta post professionem, Si vero Novitus declaret hanc suam voluntatem ante instanti professionis, iam per professionem supervenientem remanet solutum votum. Hec est ratio quam ex Sylvester pronit Sanchez. Sed ratio isthac iuxta ea quæ dicta sunt, corruat, & sufficiat: eo quod solum evincit, vota personalia, & locum vota ante professionem emissam (de quibus sollempniter nobis est) extingui. Præterea voluntas quo Novitus ante professionem infinitum Monasterium, sive quæciam alium hereditem suum validam est; & hereditas illa iure devolvitur ad eum quem Novitus suum hereditem instituit. Cur ergo non potest impone aliquid gravamen, sive confirmare omnis annexum tali hereditati? Cur? Noane Novitus ante suam professionem potest suam gravare hereditatem aliquo legato? Quidni & votum? Quia professio supervenientis infringit vota realia? Non infringit legato pia libera: ergo nec vota quantum ad solutionem professionis realis. Quero: posset ne Novitus ante professionem votare, & reddere res ipsa calicem, vel aliud minus, elemosinam Ecclesiæ, aut pauperi ex ea hereditate? Quis hoc inhibabit? Cur ergo non potest declarare, hec velle votum iam factum impleri a suo herede? Ne muta: quemadmodum alii pensionibus gravare potest Novitus ante professionem suam hereditatem, ita potest eadem gravare solutione votorum realium ab herede facienda: & sicut heres alias legitata realia, ita & vota realia solvere tenetur; sive heres sit Monasterium, sive secularis homo, aut familia. Quamquam igitur recentiores aliqui potest alios opportunem tantum hihiominus ratio, ut ego quidem arbitror, nostram sententiam veram esse evincit, taliter quæ calcinavit opinionem contrariam.

XVI. Quæst. *XVII.* *Quo ordine solvenda sunt ab hereda vota realia comparata ad debita & legata?* Relp. Multas habet questiones partes, quarum singulas sunt explicanda. Et primo certum est penes omnes, solutionem debitorum ex iustitia precedere debere quocumque sive vota, sive legata. Ratio est, quia votens de re aliena viettus est Deo offere nequit. Dicitur enim Eccli. xxxiv. ver. 21. *Immutantur iniquobligatio est maculata;* & *xvii. q. iy. ex Augu-*

sino dicitur: Quicunque vult exhereditato filio hereditate facere Ecclesiæ, querat alterum qui sibi picipiat, non Augustinum: immo Deus proprium neminem inventus. Solutio vero votorum, legata precedit: quia vota obstringunt votentem, lecus legata, que testator liberè statuit. Prius ergo vota realia quam legata solvere debet.

XVII. Quæst. *XVIII.* *Si testator plurimus votis sit obstrictus, & hereditas omnibus solvendis sit impars, quanam heres solvere debet?* Relp. Tiraquulus, Angelus, Sylvester, Gregorius Lopez, Gomez, Gutierrez, & alii, quos citat Sanchez, iustitiam solvendi pro rata parte, id est facta proportione hereditatis, seu partis liberae cum omnibus votis, & cuiuslibet voti aliquid esse solvendum. Sed communis sententia docet, vota maioris momenti preferenda esse alii: quia heres defuncti perfoman refert, & eius loco incidet, argu adeo evidenter obligationem, sed votens tenebatur prius solvere vota de graviori: ergo & heres. Si vero dubium fuerit quodnam votum sit maioris momenti, tunc votum quod prius editum fuit, solvendum prius est. Sanchez *Lib. IV. cap. xx. n. 41.* Bonacina *disp. IV. qu. II. pñct. 5. & 2. n. 14.* Caffropalatus *disp. I. pñct. 16. n. 11. & 17.* Leander *truct. I. disp. XXV. q. xxI.* Marin *truct. IX. disp. 3. sec. 5. n. 158.* Ad argumentum contrarie sententiae, nempe, legata solvenda sunt pro rata, quando pro omnibus hereditatis non sufficit: ergo idem dicendum de votis: respondetur negando consequentiam: & dictum est, quod heres in perolvendis votis representat votentem personalia, & quia votens prius vota gravioris momenti solvere tenebatur, ideo & heres hunc intentionem servare tenetur.

XVIII. Quod si vota plura sint, & non conlect quodnam fuerit prius emulsum; Sanchez *loc. cit.* docet solvenda tunc sive vota pro rata. Caffropalatus, Bonacina, Marin Leander inserviant, tunc heredem eligere potest qui sibi placuerit: & ratio est, quia, ut fatetur Sanchez, poterat eligere votens quod libi magis placuerit, polita dubio de meliori bono, & de temporis prioritate: ergo potest & heres, qui, ut fatetur Sanchez, refert perfoman votentis, & illius obligatio nisi sucedit. Et fieri heres ex iustitia tenetur ad solutionem votorum; hoc non multa solutionis ordinem, sed solum magis ad solvendum urget: & non permittit ut heres pollicetur petere aut dilationem, aut committationem votorum, sicut poterat votens, folio

solo religionis titulo obtricatus erat. Hac opinio & mihi probabilior videtur, & verius: eo vel magis quod sepe solitus votorum pro rata parte non ita cedit in Dei gloriam, & proximi utilitatem, sicuti cedit integra solutio unius aut alterius voti, quod prudenter electi heres solvendum. Si vota sint de confundendo aliquo pio addicio, de offerendo aliquo insigni munere, de altari erigendo, atque id genus similius, & pro rata dumtaxat solventer; nil ad perfectionem reduci posset. Quare potissimum in similibus causibus heredem, sicuti voventem, eligere post votorum solutionem, in facta positione omnino probabilis, & verum censeo; dummodo heres bona fide rem agat, & vota solvenda felix quia in maiorem Dei gloriam edant.

XXIX. Quæst. XIX. *An, quando plures sicut heredes, qui que in solidum teneantur vota defuncti solvere?* Rsp. Nemo in solidum teneatur: quia quicunque tenet, quatenus est heres. Ergo si solum in parte heres est, solum pro ea parte solvere vota tenetur. Sententia communis: Addenda tamen duo sunt. Primum, si res Deo promissa si penes unum ex heredibus, tunc ipse tenebitur in solidum; at habebit actionem repetendi partem ab aliis heredibus respondentem hereditati. Secundum, si alii heredes nolint solvere, quilibet tenetur in solidum, dummodo pars hereditatis sufficiat: quia heres de suo, ut distum est, vota testatoris solvere non tenetur. Hereditas vero legitatis, debitis, votisque solvendis & tota, & qualibet in parte obnoxia est. Ergo, nolente uno herede solvere, alias attingitur. Hoc tamen verum esse credit Caltrapalauis, quando heredes ex malitia nolunt solvere; fecus, si ex impositis omittantur. At mihi videtur ratio adducta evincens esse in utroque calu. Quandoquidem quod qualibet hereditatis pars addicta sit votis solvendis, non pendet nec ex malitia, nec ex paupertate hereditum; sed ex ipsa testatoris initiatione, seu ex quodam contractu inter heredem, & testatorum naturaliter conseruentis. Nec iuvat respondere, hanc partem non esse addictam debitis solvendis integrè, sed simul cum alia compare: quia id verum est abolute loquendo: quoniam, ut diximus, abolute quicunque hereditum tenetur iuxta communem opinionem solvere vota realia legitans. Ratio diversitatis est, inquit Caltrapalauis, Leander, Sanchez, & alii, quod donatarius acquirit dominium rei donatae ob traditionem eiusdem testatorum factam; que, quamvis illicita, est tam-

rosimilium videtur aduersus Leandrum, & Caltrapalauum.

XXX. Quæst. XX. *An donatarius teneatur vota donantis exequi?* Rsp. Communiter non teneri respondent Auctores: quoniam donans revera, etiam post votum, dominium rei Deo ad promissa retinet, illudque in alterum transferre valeret. Ergo donatarius non tenetur vota dicta solvere, etiam si donans factus fuerit impotens. Non tenetur si quidem ratione rei accepta, que, ut diximus, vere erat domino donantis subiecta: non tenetur ex illicita acceptance, quia hoc acceptio adveratur foliūmmodo religio, factus iniuria, que sola fundat debitum restituendū. Neque ciuitatum debitum provenire potest ex aliquo pacto, seu contrafacto contracto cum donante: quia id solum verum habet in heredibus. De his enim si leges disponunt, ex quod heres representat testatoris voventis per lnam; donatarius autem minime donantis personam refert. Hac in rigore vera videtur, prout ex legibus absolute ratioinari licet. Ceterum quis donatarius, fuit salutis memor retinere filii vellet viettas iam Deo temel oblatas? Licet enim id non sit furtum, quia non est iniuria, sed ex religione. Deo ille debebantur, attamen facilius est, & peccato donantis cooperarentur donatariorum. Idecō ego non abolivorem donatarium a voti solutione in defectu hereditatis. Cedo. Quod Petrus voto donavit Ecclesie, immo Deo, non ne Dei, vel Ecclesie est? Donator igitur dare nequit quod cum non est, seu quod voto consecravit Deo. Dominum unique illius rei Deo consecrate retinet; sed dominium gravatum debet reddendi eandem rem Deo. Debitum, inquis, religionis est, non iustitia: verum habet. At quid inde? Peccabis ergo, fini contraria iustitiam, falem adversus religionem, ea bona Deo consecrata retainingo. Quisque lumen naturale, omnis calcificis subtilitatibus, consulari; & nemo bene moratus, ac christiana religionis sincerus cultor, sentiet se tua conscientia retinere posse ea que fecit a donatore prius religioso rite consecrata fuisse Deo.

XXXI. Quæst. XXI. *An legatarius teneatur implere vota realia legitans?* Rsp. Legatarius tenetur iuxta communem opinionem solvere vota realia legitans. Ratio diversitatis est, inquit Caltrapalauis, Leander, Sanchez, & alii, quod donatarius acquirit dominium rei donatae ob traditionem eiusdem testatorum factam; que, quamvis illicita, est tam-

D I S S . I . D E V O T O I O B L I G .

125

Communiter id docent Sanchez, Layman Gabat, Sporer: & res per se patet.

C A P U T III.

De tempore quo votum implendum est.

I. *P*aucis expediam propositam questionem, quia quia facilis est refolutionis, tum quia plura dicenda erunt de statu religio. Nonnulla que sunt istius loci propria, sequentibus questionis refolventur.

II. Quæst. I. *Quando vovents tempus non affigunt pro voti executione, quo tempore illud implere debet?* Rsp. Dupliciter quis votum, ad tempus quod atrinet, edere valeret. Utcumque discrimen illud, verum sit, ego in praxi tum donatarium, tum legatarium, deficiente hereditate, obligarem ad solvenda vota realia, que afficiunt omnia bona legitans, seu testatoris. Non nego tabamen, immo fateor, potiore titulo atrianguli legatarium. Hinc, si legatarius asequtatur rem in specie Deo ad promissam, tenetur Deo tradere, eo quod nullo titulo illam retinere valeat: nulla enim fuit legitans promissio. Si autem res legata in specie Deo consecrata non fuerit, & hereditas non est solvendo par, corrigit legatum. Quoniam, ut optimè ratione inveniuntur citati Auctores, aut testator credit hereditatem suam fatis esse ad implenda sua vota, non obstante effe ad alii nullum, nisi credat hereditatem sufficiere, & reipla hereditas non sufficit; iam legatum in hoc calu est contra illius voluntatem, & consequenter nullum. Si praviderit hereditatem non sufficiere, & millionimus legatum infinitum, huc inititudo, seu promissio est de re illicita, & iubinde nulla. Si autem hereditas sufficiens est ad vota realia solvenda, & res Deo ad promissa, fuerit in manu legatarii, concedenda erit, inquit Sanchez, affirmatio rei ipsi legatario, & heres prestitum solvet eidem, ut res promissa Deo reddatur.

XXXL Quæst. XXII. *Quando Princeps ob perduellionis crimen mortis pena plecit voventem, eiusque bona filio adalicti, tenetur ne Princeps, seu p̄s vota realia voventis solvere?* Rsp. Adfirmans responsio iam ex dictis colligitur: quia haec vota realia, bona afficiunt. Filius capere tantum iure potest bona que sunt ipsius voventis libera ab oneribus. Sic ergo tenetur filius solvere debita realia, & legata, ita & realia vota rebellis damni. Id quoque confitat ex L. *Non possunt f. de iur. p̄s. & L. Dicitur cod. Cum Glossa,* point. 13. Salmant. tract. XVII. point. 5. n. 128. Marin tract. IX. disp. XI. sec. 4. n. 123. & alii omnes. Ratio clara est: quia obligatio voti ex promissione Deo facta oritur. Promissio autem haec statim obligat: cum enim nullum fit designatio tempus, si statim ac commode impleri potest, non obligaret, iam nullo tempore obligat; cum maior ratio pro hoc, aut illo tempore affingatur.

III. Quod tamen ita intelligendum est, nisi adit rationalis causa differendi solutorum voti, qualis esset spes melius imponste-

rum

rum votum illud implendi; & non adfici periculis solutionem talem prætermittendi. Hoc colligitur ex reg. Quod dicimus ff. de solutionis, ubi dicitur: *Statim solvere cum aliquo temperamento temporis intelligentiam eft.* In hac dilatatione parvitas materie datur, que ex intentione voventis, aliquis circumstantia arguenda eft. Si vovilli te ingrefsum Religionem quamprimum, poterit aliquo conguo tempore differre, ut roburist evadat perferendos labores, & onera Religionis; quamvis raro id occurrit: quia auxilio Dei fretus quique Religionem amplectetur, & tali in diructus auxilio omnia pari valet. Differre etiam potes ingrefsum, donec ire parentum fedate fuerint, ut eidem pauperibus luccuras, ut forem matrimonioum. Prudenter tamen, & caute in his procedendum eft, ut omnibus admonent, ne felicit periculum contingat non implendi votum. Illud etiam præ oculis habendum eft, ea vota que temporis dilatione minuntur, minus quoque differenda eft. Vota ingredienti Religionem, interviendi xenodochio, & similiis temporis dilatione dicuntur minuti: quia, quo plus differt executionem ingrefsum, aut levitatis, eo minus Deo, & xenodochio intervis. Ea vero quorum obseruatione non decrebit ad temporis dilationem, minus temporis spatium quod executionem admittunt; ut fuit vota peregrinandi ad Domum Laurentianam, ergoaudi in elemosynam centum aureos, & id genusalia: quia fice hoc, five futuro anno ea exequari, tantum cultus Deo perreddis illorum executione.

IV. Que autem temporis dilatio in votis que temporis dilatione minuantur, fatis fit ad constitutendum peccatum mortale, non faciles potest reflovi. Aliquid docent, trium annorum spatio differri poft Religionis ingrefsum: quia opinio, necessest iubata, certe nimis laxa eft. Rationabiliter videtur sententia Caffropolat tract. xv. difp. 1. punct. 13. n. 7. dilationem iex mensum ingrediendi Religionem, interviendi xenodochio, eft quantitatem temporis notabilem. Sed id ex circumstantia colligendum eft. Quia si dilatio fecundum adferat periculum prætermitti executionem voti, minor temporis quantitas conflitet culpam gravem; si nullum fit periculum, & aliquae rationes, licet non adeo graves, occurrant, maior poterit esse fine gravi culpa dilatio. In fumma iudicio prudentius id relinquendum eft.

V. Quaft. II. *An votum non impletum tempore designato, definat obligatio?* Resp.

Duo bus modis votorum executionem temporis affigere vales. Primo, dum confititus, ne ultra definitum tempus executio voti differatur. Secundo, dum intendit infra determinationem tempus impletere votum emisum. Si primo modo votum emitis, teneris, etiam elaplo tempore designato, votum impleare. V. g. si vovilli reddere Petru centum, que debes, intra mensis, tranfaldo mensis non extinguitur debitus implendi votum: quia tunc votum eft abfolutum, & temporis designatio eft ad existamandam, seu maturandam voti obseruationem. Contra, si secundo modo vovilli, tranfaldo tempore praefinito, voti extinguitur obligatio; ficuti extinguntur precepta ecclæfia ieunandi in vigiliis Sancto-num, quatuor temporum, audiendi Mifram, & familiæ, quando fatis diebus non implicantur: quoniam in familiis votis, & preceptis tempus affiguntur tamquam terminus obligationis. Quare, elaplo termino, elabuit obligatio.

VI. Difficultas potius in eo venturit, videlicet unde colligendum fit, votum illigari tempori, ita ut illo tranfalto extinguitur obligatio evidenter, quando non confitit de intentione voventis. Ad quod communiter respondere. Autores, tunc votum tempori affigunt tamquam termino infra quem compleri debet executio; & ultra quem obligatio non extenderat, quando iuxta prudentiam exiffitionem temporis circumstantia speciali de votione affecta eft. V. g. vovilli ieunare in vigilia aliiucis Sancti. Si prefato die non ieunanti, non teneris amplius ad ieunium. Idem dicunt alii, si vovilli ieunare hoc mente omnibus feris feris in honorem passionis Christi, & omnibus fabbatis in obsequium B. Virginis: quia, inquit, vovilli ieunare feris sexi, & fabbatis iuxta mensis, non alterius. Sicut docet Sanchez Lib. IV. c. XIV. n. 32. Bonacina difp. IV. q. 11. punct. 5. n. 9. Caffropolat tract. xv. difp. 1. punct. 14. n. 3. Sed ego, quando de voventis expresa intentione non confitit, dicero, probabilius eft, tranfaldo mensis, teneri voventem ieunare feris feriæ, & fabbatis alterius mensis: quia omnia fabbata, omnes feriæ feriæ sunt eiusdem rationis per totum annum. Quapropter feriæ, & fabbata unius mensis non continent specialiē cultum, neque peculiarem circumstantiam, qua rectam fundere præsumptionem, voluisse voventem defignare mensis illum tamquam terminum obligationis infra ipsum extinguerat. Eo vel magis quod ut dicatur talis diem esse terminum ultra quem

quem votum non obliget, oportet eiusmodi diem esse principaliter praefinitum a vovente. Si enim minus principaliter fit appofitus talis certum eft, elaplo tali die, vel hebdomada, aut mensis, votum adhuc implendum eft. V. g. vovilli ingredi Religionem in die alienius Sancti ob specialiē devotionem, qua erga eundem flagras: etiam si praefinito die non ingrediantur Religionem, adhuc teneris ad Religiosum ingrefsum: quia non appoluiti diem illum tamquam motivum principale uiungens, fed tamquam aliud minus principale, & ut quid excusat tuam devotionem. Cetera tamen reguli affigunt non potest, sed intentio voventis confundenda eft, & circumstantia examinanda.

VII. Quando dubium eft, num votum sit alligatum tempori tamquam termino obligationis finienda, ultra quem votum non obliget, an tamquam intervallo ad follicitandam, maturandam executionem, vel ipfi Probabilitate communiter docent, iudicandum eft, tempus appofitus suffit ad follicitandam, non ad finiendam executionem voti; aque adeo elaplo termino votum impletum esse tempore fiquenti. Sanchez Lib. IV. cap. XIV. n. 32. Caffropolat tract. xv. punct. 14. n. 4. Bonacina difp. IV. q. 11. punct. 5. n. 1. n. 14. Salmanticens tract. XVI. cap. 1. punct. 5. n. 1. n. 132. & alii communiter contra Dia-nam, de quo infra. Hinc, si votum alligatum est tempori, non ob illius specialem devotionem, fed ob utilitatem peculiarem voventis, alio tempore supplenda erit voti omisio; ut, si quis votis octavo quoque die confiteri, ieunare, vel alio bonum opus peragere, ut victoriæ tentationem reportet, & poleta femei omisit, debet altera hebdomada iupplere; quando potissimum vota perpetua non sunt: quia finis principali voventi permanet, neque cum tempore tranfit. Si vero vota perpetua forent, cum tale quippe qualiter hebdomada praefundam fit, familiisque fuccedat obligatio, si vovilli una hebdomada omisisset confiessione, aut ieunium, non obligaret eum ut bis in sequenti hebdomada configuraret, aut ieunaret.

VIII. Quæ dicta sunt, aquæ de realibus, ac perlubitis votis fuit accipienda; quando tamen confitit de expresa intentione voventis. Nam etiam elemosyna fieri potest in honorem aliiucis Sancti, in memoriam passionis Christi, ad B. Virginis cultum, atque adeo diebus fabbatis, veneris &c. ita ut illis tranfalcis obligatio ceſſet; quando tamen, ut dixi, colligi potest quod voventis ita

se obligare voluerit. Ceterum, quando non confitit de expresa voventis intentione, vota realia non alligari tempori, tamquam termino extinguerat obligationis, dicendum eft; sed in his votis communiter tempus ponitur ut circumstantia follicitet voti executionem; ac proinde, tranſalco illo tempore, adhuc obligatio voti urget, ut doceat communis opinio. Sanchez Lib. IV. cap. XIV. n. 36. Vaquez I. 2. difp. xlvi. cap. II. Bonacina difp. xv. punct. 5. §. 1. num. 10. Caffropolat tract. xv. difp. 1. punct. 14. n. 6. Salmanticens tract. XVI. cap. 1. punct. 5. n. 131. & alii.

X. Quaft. III. *An votens teatatus prevente tempus designatum pro voti obligatio-ne?* Resp. Auctorum communissima lenitudo eft, non teneri voventem anticipare executionem voti affixi tali die, tamquam termino implende, & finienda obligations: puta, si vovilli ieunare in vigilia Sancti Francisci; eti polles previdere illa die te fervaturum non effe ieunium, minime prevenire ieunium altingeris: quia obligatio voti non obligat ultra votensis intentionem. Quando autem voventis principaliter intendit cultum exhibere Deo, ieunando determinante in vigilia talis Sancti, iam conflat extra diem te nobis ieunio obstringere. Idque patet in pluribus preceptis ecclæfia-licis. Non potes die dominico Mifram audire, craftina die recitate horas canonicas, ieunare in quadragefima; non teneris anticipare iterum observantiam preceptorum. Si autem tempus definitum pro voti executione latitudinem admittat, ita ut non fit affixum unius diei, sed plures dies, aut hebdomadas, mensis, vel annos comprehendat; tunc, si previdreas in fine temporis designati pro execu-tione voti te impedimentum iri a voti obser-vantia, teneris executionem anticipare intra illud temporis intervallum. V. g. vovilli te ieunaturum ter singulis mensibus, ingrefsum Religionem infra annum: si previdreas te non forte aptum ad impletum tua vota in termino intervalli temporis designati, puta in fine mensis, in fine anni; teneris execu-tionem anticipare: quia non prævenis tempus obligationis, sed tempus ineptum pro execu-tione. Quid exemplio preceptorum Ecclesiæ confirmatur. Prevides impedimentum audiendi Mifram circa meridiem; teneris mane audire, fuit anticipare auditionem: prevides impedimentum confitendi fum in fine anni; teneris anticipare, ut omnes docent. D. Thomas in IV. difp. XXXVIII. q. I. art. 3. quippe. 1. ad 7. Suarez Lib. IV. cap. XII.

n. 7. Bonacina disp. iv. quest. ii. punct. 5. §. 1. n. 13. Caltrop. tract. xv. disp. i. punct. 13. n. 3. Reginaldus Lib. XII. n. 236. Leander tract. I. disp. xix. q. ii. Salmanticensis tract. xv. cap. iii. punct. 3. mon. 34.

X. Quest. IV. An quod votum Deo, dare hospitali fororum, si illum occidere, tenetur illum subfittire? Resp. Negant communiter Autores, eo quod peccatum commissum contra votum non sit contra iustitiam, quae sola obligat ad restitutionem, sed dumtaxat contra religionem: & hac ratione relolvit hunc calum Taurinensis Lib. III. cap. xvi. §. 2. mon. 13. Antonia votum totam suam dedit Deo, simul ac eam recuperaverit ab heredibus defuncti mariti. Afectus est dimidiata pars; alteram mala fide donavit parentibus, licet Deo per votum dicatum. Non teneatur, nisi ille supplice; sed solum contra votum peccavit. Certe, si iuri principia specentur, sola iustitia, & quidem que communias appellant, ad restitutionem obligat.

Ceterum vix aliquem abolerentur eorum qui sua malitia subfringunt victimas Deo immolatas, debito tantum subfittiendo, si possint. Licet enim quae sunt contra religionis virtutem, non obligent ad restitutionem; attamen, quando vota realia sunt, & victime faciunt Deo confrater, dum Deo, & locis p̄is, aut panisperna prava subfringuntur voluntate votantis, talern preferit deformitatem, & iusticie cuiusdam laisionem, ut difficile appareat votementum sua iniquitate fea voti solutione liberare posse. Saltem hoc contundendum est, & fin ad supplementum votum, faltem in penitentia onus ad imponere facti lego violatori Confessarius deberet.

C A P U T . I V .

De voto dubio. Quando votens dubius de voto implere illud debet.

I. In proposita questione plures excutientia difficultates continentur. Nam dubium multiplex esse potest in voti materia. Primo enim dubitare potes, emiteris ne votum, an non emiteris. Secundo, cum certus sis te illud emisisti, dubitare vales, an impleveris: dubitare insuper potes de quantitate ret voto promissa. Celebrari controversia est inter Autores, an quando dubium est de ipsius voti emisione, votens teneatur. Et resolutio questionis ex illo nunquam fatus deplorando Probabilium commento pendet. Ideo multa hic dicenda forent ad illum tractatum spectantia; que, Deo dante, pro-

dignitate, iuxta tamen exiguitatem nostram veriabimmo.

II. Antequam rem aggredior, premittam eas est distinctionem dubii a lev. iulpicione, & scrupulo, seu dubio imprudenti. Igitur in presentia ieroni non est de dubio nulli probabili fundamento mixo; quod non verum dubium, sed imprudens anxi animi fulpicio, item scrupulus est; ideo reiciendum esse omnes docent. Caltropalus, Leander, Salmant., & ali Probatibilis iam iam citandi hanc distinctionem hic omittunt, & absolute de dubio loquuntur: quod vera tentatio non levem confit invidiam. Cum enim plura inopia, & irrationalia dubia mente occupent, & conscientias aliquorum delicatorum hominum torquent; lector minus peritus legens votentem dubium de emisione voti non teneri absoluere, facilime sibi perihlet.

III. Nunc ergo non de scrupulis, & suspicibus, sed de vero dubio, quod, ob probabiles conjecturas in utramque partem, intellectum ita suspensum, & anicipiente reliquit, ut in utramque partem ferre tententiam valeat: de hoc, inquam, vero dubio controvergia est inter recentiores. Porro docent, neminem teneri ad implendum votum de clavis emisione votem dubitare, Sanchez Lib. II. de matr. disp. xii. n. 32. & Lib. I. Decal. cap. x. n. 11. & Lib. VI. cap. 1. n. 16. Suarez Tom. V. in III. P. disp. xl. sect. 6. n. 14. Lopez I. Parte instruct. cap. xlv. Henriquez Lib. XI. cap. xi. n. 5. Egidius de Sac. disp. xxxiv. dub. 10. n. 86. Malderus I. 2. q. xix. Tom. art. 7. disp. lxxxviii. Layman Lib. II. tract. I. cap. v. 8. 4. n. 31. Filiccius tract. xxxi. c. iv. n. 165. Delbene tract. III. de conscientia dub. I. Martinez de Prado cap. xxxxi. q. v. §. 1. Medina Lib. I. cap. xiv. q. 7. Lib. VII. Sotus 9. III. art. 3. Taurinensis Lib. II. cap. III. §. 7. ver. Elegom. n. 2. Diana cord. Tom. VIII. tract. IV. ref. 18. Sporer tract. I. proem. cap. I. sec. 4. n. 84. Salmant. tract. xvii. cap. I. punct. 6. §. 2. n. 143. & communiter Probabilis omnes, innixi illi principio: Melior est conditio possidentis. Votens est in possessione sua libertatis aduersus votum; cum certum sit hominem esse liberum, dubium vero non te voto alfrinxerit.

IV. Contraria sententiam tenuerunt omnes fere antiqui Theologi, ex recentioribus item omnes qui pium, iustumque bellum Probabilis induxerint. Primo aliquas Sanctorum testimonia promam. D. Thomas conceptus verbis docet, in voto dubio tutorem partem

cic

D I S S . II . D E V O T I O O B L I G A T .

129

efligendam. In IV. dist. xxxviii. q. 1. art. 3. q. 4. ad 3. Si autem dubitet quomodo in votendo se habuerit, habet tutorem viam eligere, ne se discrimini commitat. D. Antonius II. Part. tit. xi. cap. ii. art. §. 1. Nota sexto. Si autem auditas, utrum intendas je obligare, tutor est quod implere secundum Thomam. Item §. 10. in fin. In tertio autem casu, quando est dubius, utrum posse, vel non posse, dicendum, quod talis votens illud ieiunium non posse implere, tenetur in actione diu prolongare, aut in aliud bournum commutare. Causa ratio est, quia existens in dubio, ut transfiguratur votum, & per consequens peccet non aliter, tenetur se ponere in tuto: ut scilicet votum non transfiguratur. Porro sancti illi Doctores siam sententiam eruant ex sacris canonibus. Nam Eugenius I. in cap. Iavennes 3. de spons. & matr. Lib. IV. n. 1. haec decet. In his que dubia sunt, quod certus existimamus, tenere debemus. Ex Innocentio III. in cap. Illud de Clem. exom. In dubio via eligenda est tutor. Et Clemens III. in cap. Ad audiendum xii, de homicidio volunt, vel castigati inquit: Cum in dubiis sententiam debeamus eligere rationem. His Patribus concinnunt antiques fere omnes Theologi, Summa Rosella, Tabicina, Pifanella, Sylvetrina, Armilla, quorum textus, cum de dubio agimus, ipsorum verbis conceptis dabimus, omnes enim in fonte legitimis. Nunc ex recentioribus aliquos indicabo. Valquez 1. 2. q. xiiii. art. 6. disp. lxv. cap. I. & disp. lxvi. cap. 1. Azorius Lib. XI. cap. xv. q. 11. & Lib. II. cap. xviii. q. 1. Valas 1. 2. q. xxii. tract. VIII. disp. unic. sec. 17. n. 162. Sayras in Clav. Reg. Lib. I. cap. XII. n. 9. & 36. Luisius Turrianus 2. 2. Tom. II. disp. lxiv. q. xi. n. 6. Basilius de matr. Lib. X. cap. xv. n. 3. Pera in Laur. Salm. certam. x. dub. 2. Montelinos 1. 2. disp. xxix. q. iv. §. 3. n. 11. Petrus Corneo in 1. 2. D. Th. tract. VIII. q. xix. disp. IV. dub. 2. n. 2. & dub. 3. n. 6. Gen. tract. II. de prime p̄ce. Decal. q. xviii. Pontas Verb. Votum cap. 2. Natalis Alexander Lib. IV. art. 12. regul. 16. Antoine tract. de virtut. Relig. cap. III. q. v. & ceteri omnes Probabiliorum.

V. Ratio istius opinionis tota nititur sacris canonibus, precipientibus tutorem in dubio eligendam esse sententiam. Quod quod ipsum natura rationalis lumen in omnibus negotiis cuiusque generis, qui sunt faintantes corporalem afflendam, aut dama temporalia vitanda, aut bona comparanda spectant,

Conc. Theol. Tom. III.

tutoria in dubiis amplectenda praescribit? VI. Respondent Salmant., & communiter Probabilista, facios canones, D. Th., alioquin Doctores intelligendos effe de dubio pratico, focus de speculatorio. Lepida sine & sublimissima perponio. Quid est, amabo te, hoc dubium speculatorium? Canones, & recentissimi Doctores loquuntur de dubio, facti, scilicet emiseris nec te votum. Quid hic speculationis? Loquuntur de conscientia dubia, qua pro afferenda emisione voti habet probabiles rationes, & rationes aquae habet pro neganda voti emissoe; & idcirco dubia dicitur, quia in neutram partem valer ferre sentiantur. Si dubium istud speculatorium appellas, eo quod mens meditetur itas rationes & conjecturas, eaque severa excutit; omnia dubia erunt speculatoria. Dubium praeterea intelligent illud quod, dum argumentum est, occurrit: quia tunc operans dubitat practice, quando, dum operatur, dubitat. Sed haec speculatoria vana, & perridicel: quia semper operans dubiter oportet, dum agit, quoties intellectus ab aquae in utramque partem rationes anceps harer.

VII. Fallaris, inquit. Dantu namque principia quibus dubium illud deponatur, & formerat dictamen quod practice practicum applicatur. Hoc autem dictamine, quod etiam reflexum nuncupatur, cuiuscumque dubitationis nubes exstupfantur. Ecquemara sunt, quatenus ei eiusmodi principia, quia dubio pulsus moralem inducent certitudinem? Sunt, in fundo libertatis humanae recondita, qua de sua posessione detrudi nequit, nisi per certitudinem: quoniam possidentis conditione melior est. At regula istuc folius iustitiae dubius facet, ad evitandas lites, diffidit, confusione in civili societate, quemadmodum Iuris, & canones, & Doctores ipse explicant. In ceteris autem dubiis regula illa minime tenet, & possitimum in negotio atermine latitatis, quod vita humana, nedium libertati, priferendum est. Verum de hoc commento plurima sunt loco. Satis nunc sit de fido voto dubio veram dixisse sententiam.

VIII. Illud folium indicabo, quod Salmanticensis loc. cit. n. 144. ex Diana, Trullenco, Palao, ceterisque Probabiliorib[us] eo laxitatis propositi sunt, ut docerint, votentem liberum esse a voto, etiam si dubitans magis in voti favorem propendeat: quia fortiores rationes habent pro bac parte: quia licet provostiores urgeant rationes, si tamen non sunt adeo efficaces, ut illius pars certum afflent generaliter, sed adhuc rem dubiam relinquant, certa

alio-